

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Omnia Divini Platonis Opera**

**Plato**

**Venetiis, M.D.LVI**

Platonis Lysis, vel, de amicitia

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

SOC. Reclē agis Hippia, ut à longa inquisitione nos libemus. Si n. ex his est pulchrum, haud amplius quod per visum, & auditū delectat, pulchrum erit. Ambo namque pulchra facit, utraqꝫ minime. Hoc aut̄ impossibile, ut inter nos conuenit. HIP. Contuenit certè. SOC. Impossibile igitur quod per visum, & auditum incundū, pulchrum esse: nam si id pulchrum esset, impossibile aliquid sequeretur. HIP. Vera hæc sunt. SOC. Hic contentiosus ille dicet, exponite iterum à principio, postquam istud vos secesseris, quid esse pulchrum hoc dicitis, quod ambabus voluptatibus inest, propter quod istas præceteris honorantes pulchras vocatis. Necessarium mihi videatur, o Hippia, ut respondeamus, quod innoxiae sunt præceteris voluptatibus, arg⁹ optimè rā ambæ, quam utraque. An tu aliquid aliud habes, quo ab alijs differant? HIP. Nihil, reuera n. optimæ sunt. SOC. Tu ille, hoc igitur pulchrum esse dicitis conducibilem voluptatem? Videri equidem respondebo. tu vero? HIP. Et ego. SOC. Ille vero ad hæc. Nonne conducibile est quod bonum est? Efficiens aut̄ & effectum aliud esse constitit. Unde eodem relabimur. Neg⁹ n. bonum pulchrum esset, neg⁹ pulchrum bonum, si quidem aliud unumquodq; illorum esset. Ita esse nos illi, si sapiemus, illi cōsideremus. Nefas n. est, reclē loquenti non assentiri. HIP. Quid tu aliud, Socrates, cuncta hac esse dicas, quam imminutissimas quasdam, concisionesq; sermonum, ut ant̄ dixi, in minima resolutas? Illud vero pulchrum & multi facie dum est, ut quis valeat, præclaroratione habita in iudicio, vel concilio, vel alio conuentu publico ad quem verba fiunt, auditoribus persuasis, non minima quedam, sed maxima præmia reportare, suypsius, rerum suarum, amicorumq; salutem. Hac sane omisissimis minis his quæstionculis complecti decet, ne demens esse videaris, dum deliramenta, & nugas, ut modo pertractas. SOC. O amicè Hippia, tu quidē beatus es, qui nosti quibus studere hoīem decet, & ipse abunde, ut afferis, studiisti. Me vero mira quædam fortuna detinet: quippe aberro semper atq; mendico. Quoties aut̄ inopiam meam sapientibus vobis ostendo, verbis rursus à vobis obiurgor. Obiectis enim continuo, qua & tu nunc obiectisti, me scilicet stolidam, exilia, & nihil facienda tractare. Demum cum persuasus à vobis, eadem qua & vos profero, optimum esse eleganter orare in iudicio, & alio quouis cœtu, & ad votum peragere, rursus nonnulli ē nostris, & ille vir qui me semper redarguit, graniter increpat. Proximus ille vir mihi genere est, & vna mecum habitat. Ergo cum primū domum ingressus sum, & ille me talia dīcentem audit, interrogat quid non erubescam de pulchritus reluis diffidare, cum adeo manifeste circa pulchrum redargutus sim, quod ipsum pulchrum quid sit ignoram. Inquit n. qua ratione intelliges, qua oratio pulchritus composta sit, qua non, aut aliam quamlibet actionem pulchram esse, vel turpem, dum pulchrum ipsum quid sit ignoras? Et quando ita affectus sis, viuere te, quam mōri præstare putas? Contingit itaq; mihi quod modo dicebam, ut & à vobis & ab illo male audiā. Sed forte opera precium est hæc oīa tolerare: neg⁹ n. id absurdū, mod⁹ quippiam lucratissim. Tantus n. Hippia consuetudine utrorumq; prefecit, ut prouerbii illud quod Pulchra difficultia esse dicit, intelligere mihi iam videar.

PLATONIS LYSIS,  
VEL, DE AMICITIA.MARSILIY FICINY  
ARGUMENT.

B I Socrates cūm sophistis eorumq; seclatoriis disputat, opinione falsa redarguit, vera significat potius, quam doceat. Nam acuta ingenia redarguti falsis, exiguo deinde negligio vera venantur. Quod in Euthydemō, Protagora, Menone, Hippia, Euthyphrone, & Lyside patet. Vbi vero cūm discipulis & itinariis sui sermonem habet, ostendit ac docet. quod quidem ex multis dialogis intelligitur. In Lyside igitur cūm de amicitia inter sophistarum discipulos disputetur, confutandis falsis potius, quam monstrando veris, Socrates studet. Que vero sit de amicitia, & amore Platoni sententia, ex hoc libro coniugere, sed ex libris de legibus alijsq; multis comprehendere possumus. Amicitiam esse vult honestam perpetuam voluntatis communionem. Huius finem esse, vnam tam vnam. Principium eius, cognationem. Medium autem amore. Ut honestam dicit, exclusum improborum hominum contubernia, laicorumq; congressus. Ut perpetua leues adolescentiolorum benevolentias, etiam si honeste sint, nondum amicitias appellandas monet. Ut voluntatis, significat non similitudinem opinionis cuiusdam vel artis ad amicitiam perficiendam sufficere. Ut communionem, benevolentiae vici similitudinem indicat. Huius finis est, ut è duabus animis vnius voluntate fiat, ex una voluntate vita una, ac demum ex una vita, numinis vnius eiusdemq; ideæ fructio. Principium quo communis humanus desiderium excitatur, cognatio est. Cognatio conuenientiam in idea, sidere, genio, & quadam animæ corporisq; affectione significat. Nam qui ex uno p̄dente, in vnum, per vnum, atq; ad vnum reverti intuntur. Medi & quasi quidam ad amicitiam tra mes, amor existit. Cūm autem amor pulchri desiderium sit, & amicitia ab amore, & ducatur pariter & dicatur, necesse est eos qui amici futuri sunt, pulchros esse. Pulchros inquam, quorum animi pulchri. Homo enim animus est: Corpus hominis instrumentum: et quisquis pulchrum amat corpus, non hominem, sed ea que sunt hominis amat. Quamobrem quoties cognatio illa adest, & animori pulchritudo concurrit, perfecta nascitur amicitia. Si corporis forma huic animorum pulchritudini adiuncta est: citius amare incipiunt, & brevi amicitia habunt assequuntur. Quod in Platoni Dionisii mutua benevolentia contigit. Sin autem forma corporis cūm animi deformitate coniungitur, non honesta communionis, sed turpis congressus cupidio exoritur. Vnde non amicitia, ino petulantia primū, demde discordia proficitur. Quare si cognatio deest, amici nunquam. Si adest cognatio, deest omnis pulchritudo, interdu benevoli potius, quam amici. Sin autem cognitione pulchritudo corporis, non animi est adiuncta, pro amicitia desiderio obsceni cogredi ardor exoritur. Cūm unus animo pulcher, turpis alter, admirationis & increpationis studium cognatio illa parit. Quod si pulcher unus animus, alterius nec pulcher est, nec turpis, docendi discediūq; inuicem voluntas ex cognitione prouenit. Tandem ex increpatione illa, & hac doctrina amicitia nascitur. Quod quidem in Phædrum & Alciabiadem Socratis amor ostendit. At vero cognatio pulchritudinem vtrinq; nacta, citò indissolubilem procreat amicitia. Idq; in Platoni Asteroīi benevolentia constitit. Atque hæc, ut è multis colligitur, de amicitia Platoni nostri sententia est. In hoc autem dialogo primo eos qui amore abutuntur, & sub amicitia specie turpi libidini seruum, increpat. Deinde eos qui ex sola corporis forma, amari se dignos existimant, admonet. Tertio illos, qui minus vere de amicitia sentiebant, refellit. Postremò callem quandam sarcibus animis ad venandam amicitiam indicat. Singula membra suis in locis legentibus patent. Nam dum Hippothalem & Ctesippum ironia iocū; deridet Socrates, quod turpi amore capti essent significat. Et dum coram illis adolescentes ad mores instruit, amatores ad monet quo pæclo amandum, & quomodo vna viuendum sit. Cumq; amatores institueret, secundam dialogi partem ad amatos instituendos aggreditur. Vbi longa inductionis seris docet, non vmbrelli luis corporis forma, sed vera animi pulchritudine, sapientia scilicet & prudentia amicos auctorari decrete. Tertio loco confutat, & primo Solonis sententiam, qui amatos inquit amicos esse. Qui tamē sepe amantes odierunt. Addit etiam nec amantes duntaxat, amicos esse, quia sepe odio habentur qui amant. Vbi concludit reciprocam benevolentiam, amicitiam esse vocandam. Deinde Empedoclem reprehendit,

prehendit, qui quamlibet simpliciter similitudinem ad amicitiam sufficere voluit. Quod falso esse artium multarum similitudo declarat, que inuidiam & odium sepius quam amicitiam gignit. Accedit postmodum Hesiodi Heraclitiq; opinio, quod dissimilia sint amica. Idq; falsum esse ex eo constat, quod odium & amor cum dissimiliis sint, amica non sint, nec iustus vir & iniustus, & de alijs eode pacto. Quod si quid aliquando dissimile sui appetere videatur, ut aridum quod est, humorem, caloremque quod frigidum, dicendi est non amare contrarium, sed suipius restitutionem ex contrario quaere. Quod n. calore minio praeferatur naturam suam viritur, per frigus ad temperiem naturalem reducitur. Quare non frigus, sed temperiem per frigus amat. Idem est de ceteris contrariis iudicandum. His consutatis opinionem quandam ut suam quasi ratiocinans Socrates infert. Vbi trifariam affectiones animi diuidit, bonum animum, malum, neutrum. Malum bono propter diuerstatem amicum esse nunquam. Malum a malo propter iniustitiam ledit. Ergo nec hos in vicem amicos esse. Neutrini quoq; amare malum, impossibile. malum n. cum obstat, snapè natura odio semper habetur. Restat ut amicitia sit inter bonum ac malum, & neutrum atq; bonum. Et illa quidem in gaudio, in desiderio haec consistit. Ex quibus duae quedam amicitiae species ortae sunt. Sed insurgunt obiectiones quedam, quae id turbare videntur, quas Socrates palam infert, solutiones vero clam invuit. Prima, quia bonus bono similis, similia verò non esse amica contrà Empedoclem dictum fuit. Vbi intelligendum, non dictum esse similia nullo modo amica fieri, immo negatum quod simpliciter quilibet similitudo ad amicitiam procreandam sufficiat itē cum secundo obicitur: bonus seipso sufficit, ergo non desiderat alterum, unde non amat, quare nec boni amicus est: Exponendum est quod hęc absurditas non ex Platoni mente sequitur, sed ex Empedocle & Heracliti dictis, in quibus amoris desiderium ab amicitia non distinguit, quare vna cū amicitia cupiditas perpetua sit necesse est. Plato vero amiculan habitum quendam esse vult ex amore diurno constitutum. Quo si vt amor sit exoriens amicitia. Amicitia verò in ueteratus amor, ī quo multò plus voluptatis, quam desiderij restat. Ex quo sequitur, vt qui cupierat, iam deleceretur. Itaq; amicitia habitat non necessario desiderio praeferenti ardorem, sed delectationem exigit. Ergo si bonus bonum minus desiderat, non tamen minus, bonus bono gaudent, quod ad seruandam amicitiae rationem plurimum valet. At qd; haec vna est amicitiae species, inter bonum videlicet, atq; bonum in gaulio potius quam in desiderio constituta. Est & altera quae desiderij plus, quam voluptatis includit, inter neutrū bonumq; exoriens. Quae quidem qua ratione fiat, & cuius gratia, & propter quid, in textu satis patet. Describit illam primo vt opinio, porrigit, deinde paulatim emendat. Nam cum dixisset, neutrum propter malum inuincum amare bonum amicum boni gratia, statim dictis obiciendo corrigit. Vbi primum docet, amicitia omnes que ad homines diriguntur, imperfectas esse, & imagines amicitiae que ad ipsam primum bona rerumq; omnium respici autorem, quod primo amatur, & causa est vt amentur haec omnia. Et quisquis alio quid amat, ipsam primum tanquam finem amoris habet. Nam n. primo bono bonum omnibus inest: à primo pulchro, gratia singulis adeat: bonitas verò trahit nos, allicit pulchritudo. Non ergo ista nos inferiora mouent, sed primum illud in istis trahit & allicit. Ille luditq; in istis simul atq; ex istis, non ista amamus. In quo Platonis nostri pietas in deum, summaq; religio mirificè fulget. Ostendit preterea non semper nos alterius gratia amicos esse. Neque n. primum bonum, boni alterius gratia exceptamus. Item non propter malum, bonum cuperes. Quia etiam omni malo è rerum natura sublatto restaret bonum scapie natura gratum, & appetitus in eo quod minus bonum, ad bonum maius consequendum traheret. Non enim malum est, quod summi boni excitat appetitum, sed ipsius minus boni egestas ad sui repletionem in summum bonum convertit: que quidem non malum, quia nunquam malum ad bonum, & contrarium ad contrarium, sed inchoatio boni potius nuncupanda. His ad emanationem illatis principiū quoddam inducit amicitiae perfectius inuestigande. Inquit n. cognitionem & naturae conuenientiam amicitiam parere, de qua satis in principio diximus. Postremo iuuenies illos adolescentesq; mordet, quod ignorant quid merito amandum sit: que amicitia vera, quo pacto honeste, stabiliterq; confletur, & antequam haec dicant, temere, procaciter, & pertulante amicitiam irre contendant. Sed ne illos infestos sibi redderet, clam ista signifi- cauit, & seipsum vna cum illo. lis reprehendit. Hęc de argumen- to satis. Ad Lysidem veniamus.

## SOCRATES, HIPPOTHALES, CTESIPPUS, ME. NEXENVS, LYSIS.



BAM ex Academia in Lyceū rectā Occasio dia

per suburbū iuxta mœnia, & cū ad logi-

porū ubi fons est Panopis, venissim,

Hippothalē Hieronymi filiū, & Cte-

sippū Pæanāū, aliosq; vna cū his ado-

lesceres multos offendit. Cumq; me Hip-

pothalē veniente videret, o Socrates, inquit, quoniam &

vnde? At ego, ex Academia in Lyceū rectā. Tū ille,

ad esdū, rectā ad nos, inquit, nō diuertis? decet enim.

Ad hęc equidē, decet inquit: sed vbiā, et apud quos ve-

strū esse me vultis? Ille verò è regione mœnorū gymna-

si quoddā ostendēs muro circundatū, et ianuā aperta,

hic ait, manere te volumus, hic aut ipse & alijs multi,

& quidē honesti nos exercemus. Qua potissimum in re est

hęc vestra exercitatio? In palestra qd; nuper est constituta,

ac vt plurimū in sermonibus, quos tecū libenter coicare-

mus. Recte agitis. Sed quis ibi p̄ceptor? Socus et lauda-

tor tuus Miccus. Per Iouē non malus ille quidē, sed admī-

dū sophista. Visne me introsequi, vt eos qui ibi sunt, vi-

deas? id in primis libenter audire, ad quid ingrediar, et

qui pulcher ille. Alius alijs videtur, o Socrates. Tibi

vero, quis, o Hippothales? Dic obsecro, quis amatus ille.

At ille interrogatus obtulit. Tū ego, o Hieronymi fili.

Hippothales, vnu ames quępiam nēcne, nihil opus est vt

aperias. Nout n. quod non solū amas, sed quod in amore

progressus sitā procul. Etenim ceteris in rebus hebes &

mutilis sum: id aut vnu mihi munus à Deo datū, vt p̄

primo aspectu amatores cognoscā. Ad hęc ille nihil refidit.

Verū Ctesippus quād urbanus es, iquit, Hippothales, qui

amati tui nomē Socrati referre detrectas. Quod si paulisper ille hic moretur, necabitur aſiduè ex te audiēdo. Na-

bis n. dudu o Socrates, aures copleuit, surdasq; reddidit

noīe Lysidis. Vbi vero potus est nō nihil, facile fit, vt vel

à somno excitati, Lysidis nomē audire videamur. Nec mo-

lestū esset, sit molestū licet, aſiduè de illo loquentē audire,

ni carminib. nos suis, epigramatisq; vincere & exhaustire

conetur, et quod molestissimum est, amores suos voce miranda

canat, quā perferre necesse habemus: nūc vero abs te ro-

gatus erubescit. Iuuenis inquit Lysis hic esse videtur: nā

audiēs eius nomē, haud agnoui. Tū ille, raro nomē eius enū-

ciat, sed ex patris noīe cū sit vir admodū nobilis, adhuc

iuuenis ipse cognominatur: id n. mihi persuadeo, fieri nō

posse, vt pueri formā ignores: adeo nāq; honesta in dolore p-

ditus est, vt vel ea sola notus oībus ē posset. Cuius inquit

filius est? dicite qđo. Democratis inquit, Aēxonei maior,

natu filius. At ego, Esto o Hippothales, vt generosum

cōstantemq; amore natus sis. Age vero mihi quog, q̄

his ostēde, vt videā verū scias, q̄ de amato amante vel

ad seipsum vel ad alios dicere oportet. An tu horū quic-

quā, o Socrates, q̄ ille dicit, ponderandū cēses? Tu vero

amare te illū quē hic dixit, neges? Nequaquam, sed nihil cō-

ponere aut scribere de amoribus aio. Ad hęc Ctesippus:

haud sanā mētis hic est, sed delirat atq; insanit. O Hippo-

thales, nec carmina, nec et cātilenā, si quā in amicos cō-

posituisti, audire admodū curo: sed quā mētē in illos sis, in-

telligere cupio. Ctesippus iste tibi referet, nouit n. me-

minitq; siquidē, vt ipse ait, quotidie audies à me obtū-

ditur

ditur. Maximè profecto, quām ridiculum est enim, ut quem hic præceteris amet, de eius ingenio, quod ne puer quidem dicat, afferre nihil posse. Quia enim ciuitas vniuersa de Democratæ & Lyside huius aeo, deq; omnibus illorum maioribus prædicat, eadem & ipse circuifert, diuicias, equorū copiam, Victorias in Pytho, Isthmo, & Nemea, quadrigis & equis, necnon istis antiquiora. Ac nuper conniuicū carmine quodā reculit, quo quidam ex Lydīis maioribus Herculem quondam ob cognitionem hospitio exceptit, quippe quum ille quoq; ex Ioue & filia cuiusdā principis populi natus esset, quæ quidem & anicula cantant. Ceteraq; homī permulta, o Socrates. Hec sunt, quæ hic narrando canendoq; audire nos cogit. O ridicule Hippothales, antequā viceris, encomiū in te ipsum cōponis cantasq;. Non in me, o Socrates, hec vel paro, vel cāto. Non putas inquā. Qui isthuc dicas, inquit ille? Maximè oīum in te vñū òdā hæ redundant. Nam si amicū talem appræhenderis, ornamento tibi erunt laudes eiusmodi, tanquā triumphatori cuidam, cum amicū huiusmodi naētus sis. Sin aut̄ fefellerit, quo maiores illi laudes tribuisti, quo maiorū expers es bonorū, tanto magis etiā ridiculus iudicaberis. Quicunq; igitur in cōparandis amicis sapit, nō prius quenquam eorum laudat, quām ipso rū familiaritatē fuerit affectus, futura nanque formidas: pleriq; n.cum laudari se, & extollī sentiūt, fastu tumescunt, an non idem tibi videtur? Mihi verò. Nōnne quo superbiores sunt, eo difficilius capiuntur? Verisimile est. Qualis tibi venator ille videretur esse, si quis ita feras expelleret, ut & tutiores fierent, & capi difficiilius in posterū possent? Iners videlicet. Atqui sermonibus cantibusq; non demulcere, sed exacerbare potius homines, nōne hos est imperiti? Videtur. Vide igitur, o Hippothales, ne his oībus obnoxium reumq; te ob poēsis studiū reddas. Arbitror sāne nullū te bonum poētam existimatur, qui seipsum poēmate lāscrīt. Nullum per Iouem. quā.n.hæc esset absurditas? Ob hanc profecto causam tecū, o Socrates, mentem meam cōmunico: et si quid habes aliud, consule, quārōne quis aut dicendo, aut agēdo conciliare sibi quos amet, posse. Non facile dictu est. Verum si hunc meū colloquio iungeres, tibi forte ostenderem, quæ illi dicēda sint, pro his quæ loqui te, & canere isti narrarunt. Nihil impedimento fuerit. Si enim vñā cū Ctesippo ingrediaris, & ibi sedens disputes, sua sponte, ut arbitrör, aderit. Nam audiendi apprime audiūs est. Ac ibi et aterciuria lācteantes, iuuenes in vñū conueniunt. Ad te igitur aduentabit, & nisi id fecerit, Ctesippi familiaris est propter Menexenū huius nepōtē, cuius ille socius est charissimus. Accersat itaq; hic illum, si minus ipse per se accesserit. Sic agendū est, inquam. & simul apprehenso Ctesippo, in palæstram prosequutus sum, & alij nūs à tergo sequiri sunt. Ingressi aut iuuenes sacrificantes iuuenimus, & sacra ferme perfecta, illos aut̄ comptos, calculis talisq; ludentes. partim in ipso vestibulo foris, partim in gymnasij angulo, pari impari ludebant, calculos è calathis quibusdā deligentes. His spēctantes alij circuſtabant, è quibus Lysis erat, qui astabat inter iuuenes coronatus, & oībus indole p̄stans, nec pulcher tantū, sed & honestus. & bonus existimandus. Nos aut̄ è conspectu vbi quieti locus erat, confedimus iuicē differentes. Conuersus Lysis, frequenter in nos

oculos conjiciebat, ut potè qui proprius accedere cuperet, sed solus accedere verebatur. Interim Menexenus inter ludendū è vestibulo ingressus est, meq; & Ctesippum cōspicatus, cōfessum venit. Quem Lysis intuitus, secutus est, et iuxta eū assedit. Aduentarunt insuper alij. His pothales aut̄ postquam multos conuenisse perspexit, latere cupiens, eā sercepit, quā videri non posse à Lyside arbitrabatur, ne forte illi molestus foret, & sic astans audiuit. Ego verò Menexenū inspiciens. O fili Demophontis inqua, vter vestrum natu maior? Ambigimus, respondit ille. Nunquid etiam vter generosior sit ambiguis, inqua ego. Prorsus inquit. An etiā vter honestior sit. Subriserunt ambo. Vter vestrū ditior sit, haudquaquam interrogabo. Amici nāq; estis. nōne? Et maximè quidem, responderunt. Amicorum verò cōmunia omnia. quapropter hoc nihil differtis, si quidē id vter de amicitia dicitis. Consenserunt. Sed cū percontari velerem vter iussior & sapientior esset, interrupit nos quidam, qui Menexenū accessuit, dicens illum à gymnasij magistro vocari.

Vīsus n.mibi est sacrōrū antistes. Abiit igitur, & ego Lysidē interrogavi. Dic age, o Lysis, uehementer te pater ac mater amant? Valde. An nō beatissimum fore te cupiunt? Quidni? Videtur tibi beatus ille qui seruit, & cui nihil eoru quæ concupiscit, agere licet? Non per Iouem.

Ergo si te pater & mater amant, beatumq; fieri volūt, id omni opera diligentiaq; curabunt, ut beatè viuas.

Quid prohibet? Permittent itaq; quodcumq; lubet efficerre, nec tuis cupiditatibus aduersabuntur. Per Iouem, o Socrates, mibi in plurimis obstant. Qui isthuc aīs? Dū te fore beatū exoptant, te impediunt quo minus uoti tui cōpos efficiaris? Responde ad hæc. Si cuperes aliquo patris tui currū peruehi, capiens habenas, quando pugnat, nūquid permitteret? Nihil minus. Quem ergo permittere? Est auriga quidā à patre meo mercede conductus.

Quid aīs? Mercenario parētes tui cōcedunt potius, quām tibi liberam equorū administrationem? & argētū p̄terea huius operis causa erog abūt. Sed quidnam? Mulos

verò ingatos ducere, lorūq; cädere tibi cōcedent? Cur mihi cōcesserint? Nulline verberare hos licet? Et ualde quidē, mulioni videlicet. Seruo, an libero? Seruo. Seruū itaq; pluris faciunt, quām te filiū, liberiusq; agendi arbitriū exhibit. Quinetū ad hæc mibi responde. Tene ti bypsi dominari permittunt, an non? Neg, id ullo pacto.

Quis tibi dominatur? Pädagogus. Nunquid seruus? Seruus nōster. Graue verò liberū seruo subiici. Sed quid agēdo, pädagogus hic tibi imperat? Dū ad magistrōs meducit. Et hi quoq; p̄ceptores tibi imperant? Oīno. Multos igitur dominos principesq; tibi pater sponte pr̄posuit.

Sed cum domum ad matrem redieris, tene sint quicquid placeat agere, ut beatus sis, vel circa lanificium, vel circa telam, quando texit? An gladium forcipesq; radiū ac pecten, ceteraq; lanificy instrumenta attrectare sinet? Non vetaret solum, sed & cädere, si tangere au derem. Prō Deus, iniuriāmne patri, vel matri aliquam intulisti? Nullū prorsus. Quam ob causam te beatū fore, & arbitrati tuo disponere singula nolūt, et quotidie te sic educant, ut semper alicui seruas, et ut breui cōples et ar. nihil pro tua voluntate agas? Quo fit, ut nihil tibi prodeſſe tam ampliæ diuitiæ videantur: quandoquidē quis magis, quām tu has administrat: et quod maius est,

nec etiam corpus tam generosum, quippe cum aliis hoc alat & colat: tu autem nullum habes imperium, o Lysis, nec ullius uoti compos efficeris. Nondum per etatem licet, o Socrates. Vide ne minus id sit, quod tibi impedimento est, o Democratis fili. Nam haec, ut arbitror, et pater, & mater tibi concedunt, nec etatem proiectionem expectant, quoties legi scribive sibi aliquid optat. Tibi enim pra ceteris domesticis ista committunt, Maxime. In his tibi licet tam scribendo, quam legendo quemuis ordinem literarum seruare. Et quando lyram sumis, nihil prohibent, ut opinor, parentes tui, quo minus intendas, vel remittas chordarum quamlibet, & psallas, & pulses plectro. Non certe. Quid in causa est, o Lysis, quod in ijs permittunt, in superioribus prohibeant? Quoniam ista quidem scio, illa contra ignoro. En optimae Lysis, non etatem expectat pater ad licentiam tibi exhibendam, sed profectum ingenij. Etenim cum primum te senserit seipso prudentiorem effectum, illico & tua omnia, & te libere tibi committere. Spero equidem. Quid porro uicini, nonne eadem ratione se qua & parentes ergate gerent? Vicinum censes tibi sua domus commissurum gubernationem, si te intellexerit in re familiari peritiorem esse, an ipsum per se ministraturum. Mihi commissurum puto. Atheniensis quoque dubitas, quin rem publicam tibi commendent, quum primum te in his rebus prudentiorem alijs esse perceperint? No dubito. Quid rex magnus? Verum eius filium natu maiorem, cuius Asia regnum futurum est, permitteret in elixarum carnium ius quicquid velit iniucere, potius quam nos, si illi persuaserimus, popinae per ritiores esse, quam filium? Nos videlicet. Et illum nihil prorsus, nos autem etiam si salis multum capientes, immittere, uellemus, certe permitteret. Quidni? Et si filius eius oculos agrotaret, nunquid permitteret eum sibi oculos attrectare, an prohiberet, cum medicum illum non existimaret? Nos autem si modo putaret peritos medicos esse, nihil impediret, etiam si uellemus patefactis palpebris, & cinere superinfusa curare? Vera loqueris. Quintetiam cetera omnia nobis committeret, potius quam uel fibi ipsi, uel filio, in quibus sapientiores nos esse putaret.

Quantum fiduci dignitatisq; affe-  
rat prudens-  
tia.

Necessitate est, o Socrates. Sic se res habet, amice Lysis, singularia in quibus prudentes sumus, cuncti nobis coedent, et Graci, et Barbari, ta uiri quam mulieres, & in ijs arbitratu nostro agemus, nec ullus spote nobis obstabit, quo minus et nos liberi simus, & aliorum duces. Et quum nobis haec conferant, nostra erunt. Quae vero ignoramus, nemo nos ut lubet, agere permitte, sed omnes pro viribus repugnabunt, non extranei tantum, uerum parentes etiam, & quod nobis propinquius est, nos quoque ipsi non nobis, sed alijs ministrantibus: & haec cum nullo nobis emolumento sint, a nobis aliena existent. Consentis? Co-sentio equidem. Alicuius hominum amici erimus, amabitque nos aliquis in his rebus, in quibus inutiles sumus? Nunquam.

Ergo nec te pater, nec ullus alium quenquam diligit, quatenus est inutilis. Non ut videtur. Si itaq; sapiens euaseris, ois amici tibi, & familiares erunt. Ut illo. n. & bonus eris. Sin minus, nec aliis quisquam tibi, nec parentes, neq; propinqui amici erunt. Potestne aliquis in his superbè sapere atq; gloriari, in quibus nondum quicquam sapit? Qui isthuc fieri potest? Si tu praeceptore indiges, nondum sapis? Nondum certe. Non ergo superbè sapiis, si nil

sapis. Non per rouem, ut mihi videor. Quae cum audissem, in Hippothalem conuerti oculos, atq; parum absuit quin ita dicerem: O Hippothales, hoc pacto cum adolescentibus disputandū, corripiendo illos atq; deejiendo, no blandiendo, ut ipse agis, & efferendo, Sed cum vidissem illū anxiū, turbatumq; ex antedictis, recordatus sum quod dudu præsens Lysidem latere volebat. Recepis ergo meipsum, linguamq; cohibus. Interea reuersus Menexenus, iuxta Lysidem, unde surrexerat, assedit. Tu Lysis blande admodū & amice, clam Menexeno mihi susurravit in aures: O Socrates, quæ mibi, eadem obsecro Menexeno quoq; edifferas. Ipse, inquam, Lysis illire feres. Nam attente nos auscultiasti. Attente sanè, respōdit ille. Da igitur operā, ut diligenter reminiscaris, quo illi singula perficere referas. Quod si quid forsitan subter fugerit, rursus à me requires, cū me primum conueneris. Nauabo operā, & maximè quidem, ille respondit. Sed noui saltē aliquid illi dicas, ut & ego audiam, donec redeundi domū sit hora. At ego, agendum est, p̄fertim cum ipse iubeas. sed cogita qua rōne mihi opituleris, si me refellere Menexenus hic contenderit. An non contentiosum esse illū audisti? Prorsus, & idecirco te cū illo disputantē audire percupio. An ut ridiculous habear? Absit, imo ut illum castiges atq; cōcerceas. Haud facile est: vehemens. n. & facundus est, Ctesippi discipulus. Ad est præterea quinetiam Ctesippis ipse, an non vides? Nihil verear, o Socrates, age obsecro differas. Differendū videtur. Verum ista nobis seorsum ab alijs colloquenteribus. Cur, inquit Ctesippus, soli hac inter nos agitatis? Quin alijs ē vestra hac impertire. Impertiendum esse respondi. Hic porro non nihil ex ijs quæ conferimus, minus percipit, putatq; Menexenū intelligere: quocirca pertontari ab illo me iubet. Quid non interrogas? Interrogabo. Dic amabo, o Menexene, quod abs te queram. innata mihi est ab ineunte etate possessionis unius cupiditas quædam, quemadmodū & in alijs. Ut ecce quidam equos desiderat, aliquis canes, alijs aurum, honores alijs. hac equidē parui facio, nec multū ista me mouent. Acquirendorum autem amicorum desiderio flagro. Quare amicū bonū habere malim, quam preciosissimam coturnicū, aut gallum, & per rouem potius quam equum atq; canē, ac mediussidius potius quam Dary aurum adipisci, vel ipsum Darium capere, optimum amicum eligere. Videris quam sim amicitiae auditus. Quando igitur te & Lysidem animaduerto, stupe profecto, uosq; felices existimo, quod in tam tenera etate constituti, tantum munus breui & facile consequuti fueritis, & tu hunc tibi ta facile tanta benevolentia cōciliaueris, et hic te mutuo sit amore cōplexus: tantum vero à me munus id adest, ut nec etiā quo pacto alter alteri amicus fiat, intelligā. Ceterum haec abs te, tanquam perito querere cupio. quare mihi respondeas, oro. quando quis aliquem diligit, uter virtus amicus efficitur? amansne amati, an amatus amantis? an nihil interest? Nihil interesse mihi uidetur. Quid ait? ambo inuicem amici fiunt, si alter tantum alterū amat? Atibi quidē uidetur. Quid porro? an non reperi ri pot amans quidam, cui amicus hanc uicissim in amicitia respondeat? Potest. Nunquid et odio haberi amicū saepe contingit. Quid nonnunquam amatoribus erga amatos accidit. Amantes. n. quam ardenterim nonnunquam, minimè

minime redam intur, immo & odio quandoq; habentur. An non uera tibi dicere videtur? Verissima. Nonne in his hic quidem amat, ille autem amat? Certe. Vter ergo virius est amicus? amansne amati, siue redametur, siue odio habeatur? An amatus amantis? an neuter neutrarius tunc est amicus, qui non viri vicisum amat? Sic se res habere videtur. Alter itaq; nunc quam supradicimus, tunc enim visum est, si alter solum diligit, ambos amicos esse? nunc contraria, nisi uterque diligit, neutrum amicū esse dicendū. Apparet. Nihil igitur illi amicum est, qui amat id à quo minime redamatur. Non videtur. Ergo nec amici eorum sunt, quos equi non mutuo amant, nec amici coturnicū, neq; canum, nec viri, nec exercitationis amici, nec sapientiae, nisi sapientia illos viciū amet: amat nēpē hec singuli, non tamē amica hæc sunt. Quamobrem mentitur Poëta illi qui dicit.

Felix cui dulces pueri, cui copia eorum.

Et cui turba canum sit, tum cui sit nouis hostes.

Nequaquam mihi uidetur. Verum dicere tibi uidetur? Verum, Amatū igitur amanti amicū est, ut appareat, o Menexene, siue amauerit, siue oderit. quemadmodū teneriores pueri partim nullo modo amant, partim oderunt, quando à parentibus uerberantur. tunc sane dum uehementer odio habeant, genitoribus sunt charissimi. Opinor eisdem. Non ergo amans amicus secundum hanc rationem, sed amatus erit. Videtur. Et odio est inimicus, nō qui odit. Apparet. Ita multi ab inimicis amantur, & odio ab amicis habentur, & inimici amici sunt, amici contraria inimici, si amatum potius quam amans, amicum est. Quae autem esset hæc absurditas, o dulcis amica? Imo impossibile id quidem, amico inimicum, inimico amicum esse. Vera loqui videris, o Socrates. Et si hoc fieri nullo modo potest, restat ut amans amati sit amicum. Apparet. Similiter quod odio habet, inimicum eius quod odio habetur. Necesse est. Eadem nobis nunc erunt quæ & in superioribus concedenda, quod plerumq; amicum sit aliquid non amici, plerunque etiam inimici, quoties nō amant uel fastidentem quis amat. Nonnunquam inimicus erit non inimici, uel & amici, quando non fastidentem quis odit, vel fastidit amantem. Ita uidetur. Quid ergo dicemus, si neq; amantes amici erunt, neq; amati, nec amantes amati? num alios quosdam præter istos amicos inuicem esse dicemus? Per Iouem, o Socrates, quid respondeam non inuenio. Vide, o Menexene, ne forte minus rebus in superioribus quæsuerimus. Tum Lysis, id, inquit. mihi uidetur, o Socrates, et sic fatus erubuit. Visum namq; mihi in uitum illum effugisse quod dicebatur, ex eo quod attentius incubebat. Constatbat autem, eum aliqui auscultaret, non ita se habere. Ego itaq; uolens Menexenū quæsevere, & illius philosophia nimium delectatus, sic Lysisdem alloquitus sum. O Lysis, vera mihi loqui videris, quia si recte considerauissimus, haud ita nunc aberraremus. Quare ne ulterius hac uia pergamus. Etenim ardua mihi quasi uia quædam aspera consideratio ista videatur. Sed iter quod nunc ingredi sumus, poetarum admiculis peragendum. Hinc namq; nobis tanquam patres atq; duces sapientiae sunt. Dicunt profecto non male. dum qui amici sint, adsonent. homines præterea conciliatoris. Dei duclu amicos fieri volunt. Sic enim aiunt. Deus si mitem semper ducit ad similem, & notum facit. An nō

in hec aliquando carmina incidisti? Incidi. Fortasse et in sapientissimorum scripta, in quibus eadem hæc affirmat, simile simili necessario semper amicum esse. Atq; hæc est li amicum.

eorum sñia, qui de natura & uinero tractarunt. Vero dicas. Nunquid bene dicunt? Forte. Et hoc forte ex parte verū est, forte etiam ex toto: sed nos nondum intelligimus. Videtur. n. nobis prauus prauo, quo proprius adhaeret, & frequentius cum eo uestitur, eo magis inimicus fieri. Nam iniuriam infert: fieri vero nequit, vt qui infert, & qui accipit iniuriā, amici sint. nōne ita? Sic prorsus.

Hac ratione media pars illius sententia falsa erit, si quidē prauis similes sunt. Certe. Verum mihi uidetur bonos dicere similes esse inuicem, & amicos: improbos aut, vt sape de illis dicitur, nunquam uel subiçpis, uel inuicem similes esse, sed stolidos penitus et instabiles.

Qui vero secum ipse dissentit, nullo modo cum alio consenserit, nec ulli amicus esse poterit. Nōne tu idem existimas?

Profecto. Id ergo, vt mea fert opinio, significant, o amice, qui simile simili amicū esse dicunt, quod solus bonus soli bono amicus, malus aut nec bono nec malo vn

Definitio  
quædā ami-  
corum.

quā reuer a amicus efficitur. Consentis? Assentior. Habetus iam qui sint amici. Nam ratio dictat eos qui boni sunt, amicos existere. Constat. Idem ego arbitror. Sed est quod me perturbat. Et vide quādo quid sufficer. Similis simili qua ratione similis, amicus, et talis tali vi-

Cofutatio.

lis est. Imo sic etiam consideremus. Simile quodcumq; cui us simili quod emolumentum aut detrimentum inferre potest, quod non ipsummet subiçpi inferat? Aut quid pati ex illo, quod non ex seipso similiter pati queat? Hæc itaque cum talia sint, vt nihil se inuicem inueni, quo patet ab se inuicem expetuntur? Nullo modo. Quod nō expetit, quo amicum? Nullo. An forsitan similis simili quantum similis, non amicus? bonus aut bono, quantum bonus, non quantum similis, amicus existit? Forte. Quid

vero, nōne bonus quatenus bonus est, eatenus subiçpi sufficiens? Ita. Subiçpi sufficiens, in eo quod sufficit sibi nullo penitus indiget. Quid prohibet? Qui nullo eget, nihil expetit. Nihil sane. Si non expetit, nec amat. Non,

Qui non amat, nō est amicus. Non videtur. Quomodo igitur boni bonis amici erūt, qui nec absentes mutuo desiderant se, ut qui seorsim vterq; sufficiat sibi, nec praesentes alter alterius opera quicquid egit? Tales viri quam rōne se inuicem magni facere possunt? Nulla. Amici nunquā erunt, qui se inuicem non multi faciunt. Nunquam.

Considera iam, o Lysis, quo delapsi simus, et nunquid omnino decepti fuerimus. Quo pacto? Audiui iam olim ab aliquo, (equidem memini adhuc) quod simili-

Sententia  
Hesiodi, nō  
similia, sed  
disimilia vi-  
deri.

mile aduersum, & boni bonis inimicissimi sint. Qui et Hesiodi testimonio vtebatur, dicentis sigulū inuidere figulo, cantorem quoq; cantori, & mendicū mendico. Et in alijs similiter necessariū ille putabat, similia inter se inuidia, emulatione, cōtentione abundare, amicitia vero disimilia. Inopem porrò diuini amicū necessitate fieri, & imbecillū auxili gratia fortis, & medico similiter agrotantem. Ignorante quoque peritum desiderare atq; diligere. Addebat pterea maiora quædam, tantū abesse amicū vt simile simili sit, vt cōtra, contrariū maximē, maximē contrario sit amicissimū. Vnumquodg; enim appetere nō simile, sed contrariū: ut aridū appetere humidum, frigidum vero calidum, amaru dulce, acutū obtusum,

bij sum,

sum, uacuum repletionem, plenum uacuitatem, ceteraque similitudinem. Contrarium non contrario aliquid praebere: simile autem simili minime frui. Enim uero qui talia docuit, facundus et elegans quidam uir esse uisus est. Bene enim dixit. Vobis autem quid videtur eum probare, ut prima fronte apparet. Dicimus itaque contrario contrariu[m] amicu[m] esse? Utique. Sit ita, o Menexene. Sed queso, nonne alienum hoc et extraneum? Confestim in nos ultra insurgent sapientes isti, qui refellendi facundia possunt, et a nobis querent, an non sint maxime contraria, odium et amicitia. Quid ipsis potissimum respondebimus? Nonne responderemus cogemur eos vera dicere? Cogemur. Nunquid dicet inimicum amico amicum? Vel amico inimico amicum? Neutrum. Num et iustum iniusto, vel temperatum intemperato? aut malo bonum? Non mibi videtur. Atqui si secundum contrarietatem amicum est alicui aliquid, amica haec esse oportet. Oportet sane. Quare nec simili simile, neque contrario contrariu[m] est amicum? Non videtur. Age et hoc aduertamus, ne nos magis et hoc fallat, quod amicum reuera nihil ex his que diximus sit, sed quod neque bonum, neque malum, amicum quandoque boni efficiatur. Quid ait? Ignoratio et ipse per se uolum. Vacillo enim ob sermonis ambiguitatem. Et videtur, ut vetus habet proverbiu[m], pulchrum amicum esse. Apparet non molle quiddam, lene, ac propria pingue, ideoque in nos facile forte illabitur, serpit et pene trahit quasi lubricum quiddam atque lene. Dico enim ipsum bonum pulchrum esse. Nunquid et tu? Et ego. Evidenter diuinam tibi id profero, boni et pulchri amicum esse, quod neque bonum est neque malum. Quorsum hec vaticinor, audi. Videtur mihi tria quedam genera esse. Unum bonum, alterum malum: postremum, quod neque bonum est, neque malum. Tercium autem? Mihi quoque. Nec bonum bono, nec malum malo, nec bonum malo amicum esse, quemadmodum ratio superior perhibet. Restat si quid alicui est amicum, ut quod nec bonum neque malum est, amicum sit aut bono, aut rati alicui quale ipsum est. Nihil non malo amicum est. Certe. Nec tandem simile simili, ut paulo ante monstrauimus. Profecto. Non igitur erit illi quod nec bonum est, neque malum, amicum id quod id ipsum tale est. Non videtur. Solum itaque quod nec bonum, neque malum, solum bono amicum fieri potest. Necesse a sequi videtur. Nunquid recte a nobis, o pueri id modo expositum est? Si ergo sanum corpus consideremus, medicina arte non indiget, nec auxilio prorsus uero, sufficienter enim se habet. Unde sanus nemo per ipsam sanitatem medico est amicus. Nemo. Sed agrotans ut puto per ipsum morbum. Quid nam? Morbus quidem malum, medicina vero peritia bonum quoddam et uile. Sic est. Corpus ex eo quod corpus, nec bonum est, nec malum. Verum. Cogitur autem corpus ex morbo querere et amare medelam. Apparet. Sequitur, quod nec bonum est, neque malum, boni amicum propter malum presentiam fieri. Videtur. Costat autem id fieri, prius quam illud ob malum presentiam malum efficiatur. Neque enim malum effectum est loco boni quod appetit, cuiusque amicum est. Impossibile namque esse ostendimus, ut malum bono amicum sit. Impossibile proculdubio. Animaduerte queso quod dico. Nonnulla quippe afferunt talia fieri, quale id quod illis adest: nonnulla minime: perinde ac si quis veller colore quoddam aliquid intingere, adesset quodam modo infectio colorata. Adeisse. Nonne tunc quoque tale coloratum est, quale ipsum esse solet? Haud intelligo. Sic forte intelliges. quis comes tuas quae flava sunt, cerussa fucauerit, virum albem faciat? an potius videantur? Videbuntur. Veruntamen albedo illis aderit. Aderit. Nihil magis tamquam alba adhuc erunt, et praesente candore neque candida erunt, neque nigra. Vera loqueris. Sed quando senectute canescunt, tunc, o amice, tales sunt, quale id quod aduenit, cani coloris praesentia cana. Quidnam? Hoc illud est quod quiesceram, nunquid omne cui tale aliquid adest, confestim tale et ipsum euadat: an potius si certo modo adest, tale fiat, aliter minime. Hoc modo potius. Eadem ratione quod nec bonum est, nec malum, quandoque praesente malo, nondum est malum, est autem, quum iam tale euasit. Omnia. Quando nondum malum est praesente malo, praesentia haec bonum appetere cogit: praesentia vero qua malum reddit, et appetitum boni, et amicitiam reicit. neque enim ulterius neutrum est, sed malum. Amicum vero malum bono, et bonum malo esse non potest. Non certe. Ob hanc utique causam his qui iam sapientes sunt, turibus haud amplius esse philosophandū, siue dy, siue hoeres hi sunt, nec eos est qui adeo corrupti ignorantia sunt, ut improbi sint effecti. nemini quippe malo, et penitus ignorantia philosophandū. Restant igitur illi quibus malum id, ignorantia scilicet adest, nec tantum rudes penitus ignorantesque sunt, immo et suam ignorantiam agnoscunt, ob quam animaduersionem philosophantur. I.e. sapientiam amant, nondum boni aut mali. Mali enim nequaquam philosophantur, nec boni etiam. Nam nec contrarium contrario, neque simile supra nobis amicum apparuit. Recordamini? Recordamur sane. Oino, o Lysis, atque Menexene, quid amicum sit, et quid non, inuenimus. Id enim tam circa animam, quam circa corporis supradicte conclusimus: quod nec bonum est, nec malum, propter ipsam malum presentiam, boni amicum fieri. Hacten omnia concesserunt. Et ego valde latatus sum, tanquam venator, qui id quod venando inuestigabam ex sententia fuerim consequitus. Deinde nescio quo extranea quedam et absurdam suspitionem mihi suborta est, quasi minus vera essent, quae supradicte concesseramus. Atque illico turbatus inquam, Pape, o Lysis atque Menexene, somniu[m] quoddam nocti videmur. Quorsum haec? Vereor ne in hos de amico sermones falsos, tanquam in homines superbos atque vanos inciderimus. Qua ratione? Hac plane. Verum enim amicus alicuius amicus est, an non? Necessario. Verum nullius gratia et propter nihil, a gratia alicuius, et propter aliquid? Certe alicuius causa, et propter aliquid. Num amica est res illa, cuius gratia amicus, alicuius est amicus? An forte nec amica, nec est inimica? Haud sat intelligo. Verisimile est. Verum sic et tu et ipse, ut arbitror, melius intelligemus. Agrotante medici amicum esse diximus? Diximus. Nonne propter morbum, et sanitatis gratia medici est amicus? Ita. Morbus malum? Quidnam? Sanitas bonum, an malum, an neutrum? Bonum. Prediximus corpus, cum nec bonum sit, nec malum, propter morbum malum medicina amicum esse, bonum vero medicinam. causa vero sanitatis amicitiam medicina nanciscitur, sanitas autem bonum. Proorsus. Amicumne, an non amicum sanitas? Amicum. Morbus inimicum? Penitus. Quod ergo nec bonum est, nec malum, propter malum inimicumque, boni amicum est, sit, gratia boni amicorum gratia. Patet. Ergo amici causa amicum boni.

propter

Prouerbium  
Pulchrum  
amicum esse.  
Proprietate  
pingue, ideoque in nos faciliter illabitur, serpit et pene trahit quasi lubricum quiddam atque lene. Dico enim ipsum bonum pulchrum esse. Nunquid et tu? Et ego. Evidenter diuinam tibi id profero, boni et pulchri amicum esse, quod neque bonum est neque malum. Quorsum hec vaticinor, audi. Videtur mihi tria quedam genera esse. Unum bonum, alterum malum: postremum, quod neque bonum est, neque malum. Tercium autem? Mihi quoque. Nec bonum bono, nec malum malo, nec bonum malo amicum esse, quemadmodum ratio superior perhibet. Restat si quid alicui est amicum, ut quod nec bonum neque malum est, amicum sit aut bono, aut rati alicui quale ipsum est. Nihil non malo amicum est. Certe. Nec tandem simile simili, ut paulo ante monstrauimus. Profecto. Non igitur erit illi quod nec bonum est, neque malum, amicum id quod id ipsum tale est. Non videtur. Solum itaque quod nec bonum, neque malum, solum bono amicum fieri potest. Necesse a sequi videtur. Nunquid recte a nobis, o pueri id modo expositum est? Si ergo sanum corpus consideremus, medicina arte non indiget, nec auxilio prorsus uero, sufficienter enim se habet. Unde sanus nemo per ipsam sanitatem medico est amicus. Nemo. Sed agrotans ut puto per ipsum morbum. Quid nam? Morbus quidem malum, medicina vero peritia bonum quoddam et uile. Sic est. Corpus ex eo quod corpus, nec bonum est, nec malum. Verum. Cogitur autem corpus ex morbo querere et amare medelam. Apparet. Sequitur, quod nec bonum est, neque malum, boni amicum propter malum presentiam fieri. Videtur. Costat autem id fieri, prius quam illud ob malum presentiam malum efficiatur. Neque enim malum effectum est loco boni quod appetit, cuiusque amicum est. Impossibile namque esse ostendimus, ut malum bono amicum sit. Impossibile proculdubio. Animaduerte queso quod dico. Nonnulla quippe afferunt talia fieri, quale id quod illis adest: nonnulla minime: perinde ac si quis veller colore quoddam aliquid intingere, adesset quodam modo infectio colorata. Adeisse. Nonne tunc quoque tale coloratum est, quale ipsum esse solet? Haud

Neutrum  
quod est,  
amici boni

propter inimicum est amicum. Opinor. Agite pueri, postquam hic disputando deuenimus, attendamus obser-  
ero diligenter, ne forte decipientur. Principio quod ami-  
cum amici amicum factum est, simile videlicet similis,  
quod impossibile esse in superioribus constitit, equidem  
pratermitto. Sed istud insuper consideremus, ne nos praes-  
ens opinio fallat. Medicinam sanitatis gratia ami-  
cum esse diximus. Affirmauius. Sanitas igitur  
amicum? Valde. Si amicum, alicuius gratia est ami-  
cum. Est. Amici scilicet, si supra concessa perma-  
nent. Et amici. Nunquid et illud iterum amici cau-  
sa amicum erit? Certe. Necessarium est, ut hoc progres-  
su ad principium quoddam perueniamus, quod non ultra  
in amicum aliud referatur, sed in id quod primum ami-  
cum est, cuiusq; gratia cetera omnia quae sic dicuntur,  
sint amica. Necessarium. Hoc est quod modo dicebam  
considerandum, ne reliqua omnia quae amica gratia il-  
lius prædiximus, tanquam simulacra quadam eius nos  
decipient, illud autem primum reuera sit amicum. Con-  
sideremus igitur hoc pacto. Quod quisque multi facit,  
reputa pater filium, rebus alijs omnibus anteponit: ta-  
lisq; vir ex eo quod filium multi facit, alia quoque non-  
nulla ob illum multi facit. Exempli causa, si illum ci-  
cuzam elubisse senserit, vinum plurimi faciet, si quide-  
hoc venena securaturum speret. Et maximè quidem.  
Nunquid et amphoram in qua vinum? Valde. Num  
pluris estimat tunc calicem fictilem, aut tres cyathos  
quam filium? an contra potius se res habet? Ut omne  
hoc studium non ista respiciat, quae alterius gratia pa-  
rantur: sed in illud tendat, cuius causa cetera querun-  
tur. Neque verum est quod sepe dicimus, quod argen-  
tum et aurum multi faciamus. Omnis quippe intentio  
estimatioq; eius solius est, ad quod ista parantur. Con-  
stat. Eadem quoque de amico ratio est. Quecumque enim  
amici cuiusdam gratia, amica nobis esse diximus, im-  
proprio vocabulo nominauimus. Amicum autem reuera  
illud esse appetet, in quod haec omnes quae vocantur amici  
tendunt. Sic uidetur. Quapropter reuera amicum,  
gratia est nullius amici gratia est amicum. Verum. Hoc igitur re-  
iectum est, amicum amici cuiusdam causa esse amicum.  
Sed nonne bonum amicum est? Sic opinor. Num propter  
malum bonum amatur? et ita se res habet? Si ex tri-  
bus quae diximus, bonum, malum, neutrum, duo acci-  
piantur, malum vero abeat, et nihil attingat, nec cor-  
pus nec animam nec aliud quicquam ex his quae diximus  
secundum seipsa nec bona esse, nec mala, nunquid iniuste  
penitus tunc nobis bonum esset? Si enim nihil nos vle-  
rius laederet, nullo boni favore indigeremus. Atque ita  
tam manifestum fieret, quod propter malum, bonum  
quasiuerimus, amauerimusq;: quasi bonum sit mali re-  
medium, malum vero morbus: et cum nullus sit mor-  
bus, nulla medela indigeamus. An sic natura institutum  
est ipsum bonum, ut propter malum ametur a nobis, qui  
inter bonum malumq; medijs sumus? ipsum vero suapte  
natura nil conferat? Ita videtur. Amicum itaque il-  
lud, in quod desinebant cetera omnia quae alterius amici  
gratia amica dicta sunt, longe aliter quam illa se habet.  
Illa enim amici gratia amica vocata sunt: ipsum autem  
quod reuera amicum est, contra amicum esse inimici cau-  
sa nobis apparuit. quod si inimicum abesset, haud am-  
plus nobis esset amicum. Non, ut mihi praesens ratio  
persuadet. Si malum extirparetur, utrum fames nul-  
la, satis restaret, aut huiusmodi quicquam? an for-  
te fames aliqua relinqueretur, cum homines ceteraque  
animalia essent, neque noxia tamen? et satis appeti-  
tusq; reliqui, nec mali tamen, malo penitus extirpa-  
to? An ridicula forsitan quæstio est, quid tum eu-  
tentur sit, aut non? quis enim nouit? Sed tamen hoc  
nouimus, quod nunc quidem accidit esurientem laedi,  
accidit et iuuari. Vtique. Nonne sicutem quoque  
et alia huic generi qualiacunque cupientem, quan-  
doque utiliter, quandoque noxie, quandoque nentro  
modo appetere accidit? Valde. Si mala perdantur,  
qua mala non sunt, cum illis una intermentur:  
Nequaquam. Erunt igitur appetitus nec boni nec ma-  
li, etiam si mala fuerint interempta. Verisimile.  
Fieri ne potest, ut qui desiderat aliquid, atque ardet,  
id ipsum non amet? Non, ut mihi videtur. Hac de  
causa etiam destruetis malis, ut videtur, amica non-  
nulla restabunt. Ita. Sin autem malum causa esset  
ut alterum alterius esset amicum, sublato malo nihil  
amicum esset: Nam sublata causa, euentus eius rema-  
nere non potest. Probè loqueris. Nonne suprà inter  
nos conuenit, amicum amare aliquid, et propter ali-  
quid? ac propter malum, id quod nec malum est, nec  
bonum, ipsum bonum amare? Conuenit. In presen-  
tia autem alia quadam causa viciissim amandi appa-  
ret. Videtur. Nunquid, ut modo dicebamus, deside-  
riū amici-  
rium amicitiae causa est? et id quod desiderat, deside-  
tiæ causa  
rati est amicum tunc quando desiderat? Quòd vero sit.  
An deside-  
riū amici-  
rum amicitiae causa est?  
Suprà diximus, amicum esse, nugas quedam sunt, ve-  
luti poëma longum compositum? Apparet. Enimue-  
rò quod appetit, illud quo indiget, appetit. Idipsum.  
Indignum itaque, amicum est illius quo indiget.  
Sic opinor. Eget quodlibet eo quo est priuatum.  
Quid prohibet? Eius igitur quod proprium et cognatu-  
rum est, ut videtur, amor, amicitia, appetitioq; exi-  
stit, o Menexene atque Lysis. Concedimus. Qua-  
re et uos si amici estis inuicem, natura quodammodo  
propinquiestis. Et maximè quidem. Et quisquis  
alius desiderat alium, o pueri, aut amat, ob id desi-  
derat, et diligit atque amat, quod propinquus illi  
est vel secundum animam, vel animæ consuetudinem,  
aut mores, aut speciem. alioquin nunquam diligeret.  
Consensit plane Menexenus, Lysis tacuit. Sed ego,  
quod inquam, natura proprium est, necessarium est  
ut amemus. Videtur. Ergo necessarium est ut legiti-  
mus, et minimè simulans amator, viciissim ab ama-  
tis ametur. His Lysis atque Menexenus vix tan-  
dem annuerunt. Hippothales autem laetitia gestiens,  
vultu et colore vario fuit. Ceterum volens diligen-  
tius sermonem discutere, haec adieci. Si proprium,  
et simile differunt, diximus iam, o Lysis atque Me-  
nexene, quid est amicum: sin autem idem est simi-  
le atque proprium, haud facile est sermonem supe-  
riorem reycere, quod non simile simili secundum si-  
militudinem inutile: inutile autem, amicum nullo pa-  
cto. Vultis igitur postquam differendo velut ebrij fa-  
eti sumus, fateamur aliud quiddam esse proprium,  
aliud simile? Volumus proculdubio. Utrum bonum  
h ij cuique

qui proprium ponemus, malum autem alienum? An malum malo proprium, & bono bonum, neutro denique neutrū? Singula hæc singulis propria nobis esse videntur. Rursus, o pueri, in eos quos à principio de amicitia redargimus, sermones nunc incidimus. Nam iustus iusto, malo malo non minus amicus erit quam bonus bono. Ita videtur. Quid porrò si bonum, & proprium idem esse dixerimus, nonne bonus bono duntaxat amicus? Omnino. At istud quoque confutatum à nobis iandudum existimauimus. Recordamini? Optime. Quo igitur sermone deinceps utamur? ad nihil videlicet. Operari precium itaque est instar sapientum in iudicij quæ dicta sunt, enumerando refutare. Si enim nec amantes, neque amati, nec similes, neque disimiles, nec boni, nec proprii, nec alia quotunque dinumeramus, quorum propter multitudinem haud memini, si inquam nihil existit amicum est, nihil equidem quod afferam, amplius habeo. Cum ista dixisset, cogitauit quendam è maioribus tam mouere, sed illico tanquam dæmones quidam pedagogi tam Lysidas quam Menexeni, vna cum fratribus illorum, domum eos redire iussent. Hesperus enim venerat. Primum itaque nos, & alij circunstantes pedagogos repulimus. Sed cum nihil nos curarent, et barbare quedam ingenerentes graniter ferrent, simul pueros vocarent, illorum procacitate victi, cœrum disoluimus. Videbantur enim nobis, quia festo succubuiscent, nihil habere, quod in medium afferent. Postea iam abeuntibus illis, ad Menexenum Lysidemq; conuersi, hæc breuiter intuli. In praesentia ridiculi inepti, evasisse videmur, tam ipse grandis natu, quam uos pueri. Siquidem isti abeuntibus nos carpent, quod amicos inuicem nos esse putemus, ego enim me vobis an numero, cum nondum quid amicus sit, inuenire potuerimus.

se, nisi quid est scientia, nouerit. Præterea superflua responso est. Nam cum posset paucis complecti ipsius scientie rationem, dinundans singulis infinitum iter ingreditur. Affer post hæc Protagoræ definitionem, scientiam sensum esse dicentis. Hominem quippe Protagoras rerum omnium mensuram esse censet, existentium quidem ut sunt, non existentium autem, ut non sunt, & qualibet cui sensus. Scientia autem ut sunt, tales sentiri. Quales sentiuntur, tales phantasie, id est sensu interiori videri. Quo effici vult, ut sensus scientia sit. In hoc sancte Thales Milesius, Homerius, Epicarmus, Empedocles, Heraclitus, Protagoras consenserunt. Nam cum inquit Thales aqua omnium esse principium, & Homerius patrem omnium Oceanum, matrem Tethydem esse, omnia ostendunt in fluxu versari. Hos reliqui quos memorauimus, imitati, nihil esse unquam, sed fieri semper unumquodque dixerunt. Vnde nihil in se absolute tale possum esse quam tale, sed per motum, mixtionem, relationemq; unus ad alius, hinc quidem tale, illi tale, & fieri, & uideri. Quod omnina in motu sint, ex eo constare putant, quod à motu omnia sicut: quod autem à motu omnia, ex eo coniungunt, quod à quo quidque sit, per illud & conservatur. Sed tam illa quæ ad animam, quam quæ ad corpus pertinent, motu & exercitatione seruantur, ocio torporeq; perirent. A motu igitur omnia. Præterea quandiu calorum sphærae mouentur, miscentur quatuor elementa. Quantitas ista miscentur, eatenus inferiora giguntur: quæ postquam genita sunt, exercitatione seruantur. Hæc igitur omnia motus efficit. Addunt quid ex calore generatio, calor ex motu solis vel collisione corporum pronenit. Quod autem nihil secundum seipsum unum aliquid sit, sic exemplo inducunt: albedo, & quiescere color, neque oculorum aspectus est, neque corporum motus, sed ex aspectu motuq; medium quiddam resultat, id est talis circa oculos passio. Et ex diversa aspectibus dispositione varioq; intuendi modo, colores varij, & alias alij, & videntur, & sunt. Præterea radiorum motus uarii corpora pulsans, oculosq; seriens, diuersas & omniaformes imagines offert. Quinetiam se per diuersis hominibus animalibusq; circa idem diuersus color apparet & est: saepe quoque eidem, & circa idem, quanquam non eodem, sed alio tempore, ob natura ipsius mutationem. opinantur igitur quicquid est, esse motum. Motus autem species duas, vnam in agendo, in patiendo alteram. horum motuum communione, omnia, ut ipsi aiunt, conficiuntur. Euentus specie gemini, numero infiniti sunt, sensibile videlicet, atque sensus, qui cum sensibili fit semper atque congregetur. Quoties enim sentiendi vis aliqua, & aliquid illi consonum vna colerent, eorum concursu duo quedam proueniant: circa id quod obiectum est, species sentienda, color, sapor, odor, ceteraq; huiusmodi: circa vim anime, sensus. Quibus disiunctis, ista non sunt. quo sit, ut ex ijs quæ quinque sensibus offerantur, nihil talis natura vel tale sit, sed cum sensu congreganti alijs aliud sit. Nihil enim agens vel patiens secundum seipsum est, sed in alterno congressu vtrunque. Quare nihil seipso unum aliquid est, sed ad aliud & alicui semper fit, nec est unquam, verum fit, fluitq; semper. Hæc autem ex eo redarguit Socrates, quod ebris, & hi qui Phrenesim patiuntur, & infani & dormientes cum somniant, neconon qui sensus alio quodan modo corruptos habent, vera sentire se, & cegitare affirmant, cum omnia tamen illorum visa falsa esse dicamus. Quo efficitur, ut non omnia que videntur, vera sint. In eandem dubitationem cadunt, quæcumque vigilantes sobrijs sentire dicimur. Nam equum fermè tempus sonno, & uigiliæ vicissim damus. Idcirco dubium est, utrum hæc an illa potius somnia falsa sint. Qui vero apparentia omnia vera esse opinanti uolunt, sic utique responderent, quod varie agentium patientium affectiones diuerfa producent: & obiecta quæ sentiuntur, agunt secundum patientis sensus affectionem. Hæc in vigilante, & dormiente, & egrotante, & bene valente alia est. Quapropter & alia iudicia sunt, omnia tamen vera: quia omnia cuicunque talia sunt, quælia indicantur. Meminiisse enim oportet quod supra dictum, nū sui natura absolute unum aliquid esse, sed ad alterum, & alteri, & alterius esse, quidquid aliquid est. Imo fieri quicquid fit aliciquid, esse vero nihil. Hæc itaque sibi inuicem consonant: secundum Homerum & Heraclitum, omnia fluere: secundum Protagoram, rerum omnium mensuram esse hominem: secundum Theætutum, scientiam esse sensum. Aduersus eos ita Socrates argumentatur. Si sensus scientia est, bruta quæ magis quam homo sensibus ualeat, scientia præstabitur. Item si vera sunt quæcumque videntur, cuiuslibet hominis cogitationes æquæ rectæ sunt, nec ullus alio sapientior, nec homine deus. Accedit ad hæc quid manis esset docendi, disputandi, redargue di facultas, cum nihil discere oporteat eos, qui vere de singulis indicant, neque

Socratis cō  
dilectorum.Responso  
Protagoræ  
ad Socratis.Altera Socratis cōf  
tatio.

## PLATONIS THE-

ABETETVS, VEL, DE  
SCIENTIA.EPITOME MARSILII  
FICINI IN THEAETETVM,  
VEL, DE SCIENTIA.

**D**ILOGVS de scientia Petre Medices insurgit altius, & dignas miro ingenij tui acumen quæstiones mouet, quarum capita, solutionesq; in hoc compendio summatum amaduerter. Vbi quid scientia non sit, quid sit, & unde, & quomodo, disputatum reperies. Socrates quidem quid scientia sit, interrogat. Theætetus autem respondet scientiam esse geometriam, arithmeticam, ceterasq; huius generis disciplinas, & artes singulas. Hanc Socrates responsonem tanquam interrogationi minus congruam ressulit. Quia cum interrogaretur quid scientia sit, non per enunciatus, sed quod scientia sunt, enumerat, & cuius scientia sunt, rationes vi exponit. Qui enim arithmeticam dicit, non scientiam ipsam, sed numerandi scientiam: & qui geometriam, metiendi scientiam dicit. Deinde ridicula responso est, cum per ignota reddatur. Ne mo enim potest quid hæc scientia numerorum vel figurarum sit, nos